Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-102668-p0001-0

# SOLEM SOLO PATRIO REDDITUM.

Sive

AUGUSTISSIMUM, PIISSIMUM, INDULGENTISSIMUM PATRIÆ PATREM,

*Potentiſſimum ac Sereniſſimum Principem & DOMINUM,*

# DN. GEORGIUM LUDOVICUM,

## DUCEM BRUNOVICENSIUM & LUNÆBURGENSIUM, S. R. I. ELECTOREM &c. &c. &c.

Dominum ſuum Clementiſsimum

e caſtris Trans-Albinis
Poſt Pacem Saxoniæ Inferiori reparatam
Feliciter ad terras Suas reverſum
Univerſa patria gaudiorum particeps maximorum
gratabunda ac venerabunda excipit
Symbolo auſpicatiſsimo

## IN RECTO DECUS

per varios anagrammatismos diducto
*Interprete*
Subjectiſſimo atque humilimo omnium cliente

POLYCARPO LYSERO, S. Theol. D.
Conſiliario Eccleſiaſtico, Capituli Wunſtorpienſis Præſule & Eccleſiarum per Ducatum Calenbergicum Superintendente Generali.

---

*HANNOVERÆ,*
Literis Samuelis Ammonii, *Aulæ Elect.* Typographi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-102668-p0002-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-102668-p0003-2

* * * * * * * *

# IN RECTO DECUS.

En cœlitus cælatum Solem de ſolo ſolventem alieno
& ſoluta pro ſalute ſua ſoli ſui vota ſolidantem!
Redit radiatus, fulgens, coruſcans.

## IN RECTO DECUS

Fulgorem nunquam deficientem facit & perficit.
Ediſſerit Solis inſtar redeuntis ſilens licet
per reditum ſuum redditas felicitates
radiorum ordine aliter inſtructo:
REDEO CUNCTIS.
An rectius?
CINCTUS REDEO.
An ex utroque ſolidus & lucidus elucetSolis fulgor?
Refulgens Sol & ſomniorum ignarus
optima & opima omnia ominatur omnibus.
Solatur idem ſollicitudines planè inſolitas
quas ſolitudo Solem dolens abeuntem pepererat.
Surgit Sol ac reſurgit aurora cinctus ſurgente altius
& duodenis quaſi circumſeptus coronis.
Habemus Solem nos conſolantem:
CUNCTIS REDEO,
nec non minora ſemper promittentem, mittentem majora.
Ecquis enim venientis & redeuntis Solis
uberes non metit proventus & reditus?
Spicilegium poſt meſſem demetebant forte Majores
Meſſis poſt ſpicilegium manſit poſteros.
Nondum quippe finitis ſolennibus meſſis annuis
& ſpicarum manipulos ferentibus adhuc meſſoribus
ſolenni Sol & Dominus ſalutabatur jubilo,
qui poſt Dominum & cuſtodem meſſis ſupremum
otia & jubila metentium reddiderat ſalva.
Inde Solis ſolatia ſolatiis aucta
& ſalus per Salvatorem ſalvatis reparata.
Ecquid vero Sol tribuit ſolaminis?
REDEO CINCTUS.
Quot videlicet literis, tot coronis,
quot coronis, tot præclare geſtis,
quot præclare geſtis, tot felicitatum complementis.
Silebuntur poſthac Soles Romani iique cincti ſollicitè
quia vel cincturarum multiplicatis decoribus
non niſi aureas & laureas ferebant
& cum his myrteas, oleagineas, querneas
gramineas ſolatiorum ſuorum præmia referebant
Hoſtes devictos, domitos Rebelles,
ſervatos Cives, ſolutas Obſidiones,
Muros conſcenſos, vallum ſuperatum,
Hoſtes fugatos, Victorias navales demonſtraturi.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-102668-p0004-7

Sol ſoli Lunæburgici pluribus cingi dignus eſt coronis
Solem terrarum, pacem ſigno, terris aliis reducens,
ſuis adductam dudum ſervans & firmans,
cruentas parcendo arcens victorias,
clades provinciarum conclamatas avertens
Duces Ducatibus, Ducibus Ducatus reſtituens.
Audiebamus Sole vultum vertente graviſſimas civium querelas:
NOCTES REDUCI
noctes luctus publici vix eluctatis
imò
DUCIER NOCTES
diebus vel longiſſimis longiores plangentium,
quod Solem intra terræ viſcera exteræ conditum
intueri non poſſent diutius præſentem,
& auxilii ſui clypeum, victoriæ gladium ſecum cernere repoſitum.
Habebant ſocios planctuum planè lacrymabilium plurimos:
DIE CUR NOCTES?
Væ nobis, quos NOCTIS DUCERE oportet moleſtias
cum dies indulgeat Sol indulgentiſſimus.
O CEDENT CURIS nunc omnia
iisque moleſtiſſimis,
quia Sol curarum ſolatium ſolos linquit & ſollicitos.
NEC TUIS DECOR ineſt plenior
quia conditur decoris Tuorum vivum exemplar.
Annon
NECIS DUCTORE Sole noſtro uti geſtiunt?
quo vitæ auctore frui nobis fuit volupe.
Nubes aliunde adductas nubibus obducunt & nebulis,
ut nubilis Solem obnubilent nubilorum olim neſcium.
Ingreſſus ſane calamitatum publicarum nubes
graſſabitur difficilior
metu regreſſus difficillimi nobis relicto.
REUSN' OCCIDET reatus expertes?
Subditi Solis dolebant, innocentiam ſuam clamantes.
Mutabantur verò metus à nondum monitis
ita ut demiſſo augurarentur animo:
REUSN' OCCIDET
Solem reatus ultorem propiorem ſentiens?
Conſolidabantur corda ſolitudinem tolli volentium
& Solis ſymbolum ſolaminis loco ſumentium:

## IN RECTO DECUS.

Ita nimirum repetitas ter & amplius juvat percipere voces,
quæ læta quævis ſpondent & largiuntur certiſſimè.
Immutatas adhuc mutuabimur
CERTO IN DECUS provinciarum mihi ſubditarum;
NI CERTO, DECUS aberit certius;
NI CERTO, DUCES, noctes, dies exulabunt;
NI CERTO, DUCS deerunt poſthac,
de quorum ductibus gaudere liceat.
NEC CERTOS DIU
NEC RECTOS DIU.
Sol Lunam nominans ſparget radios, niſi condatur
aliquan-

aliquantiſper & abſconditus ſuis alibi emergat fulgidior.
Mutare licebit denuò & Solem ſignare abeuntem:
CONDIT SECURE.
Nihil profectò ſecuritati deceſſit patriæ
Patrem quamvis Patriæ viderimus diſcedentem.
Cœleſtibus notis notabatur Sol diſceſſurus:
Vultum CONDET, SECURI eritis cives;
SITU, NEC CORDE aberit longius;
SITU, NEC DECOR deficiet licet longinquiore;
CORDE NEC TUIS deerit unquam;
DECOR NEC TUIS negabitur aliunde;
CONDET RES, CUI? & Tibi & aliis,
ne ſpolia evadant hoſtium, præda inimicorum.
Solis ipſius notas noſſe juvabat:
CEDO INCERTUS,
Sole tamen Principum præcedente.
Hinc duce eodem
RECTUS INCEDO
& quod mireris
INCEDO CERTUS
per incerta procedens itinera
curſum adjuvante certi & recti Rectore.
Minabatur incendia & ruinas minantibus
Sol occidens ſuis, oriens non ſuis
CONDET, SIC URE; CONDE SIC URET;
CONDET, SIC RUE; CONDE SIC RUET;
& CINERES DUCTO in alienas terras
niſi mature reduceretur augurans militi.
Urens Sol furores mature novit compeſcere.
Præſagiebat incrementa proſperitatum
Solis ſolus ad ſublimiora tranſitus:
CRESCET IN DUO
CRESCENTI DUO
EN CRESCIT DUO
clam clamitantem Euſebien & clamoris cauſas
prudenter celantem accipiebamus.
Applaudebat plaudenti Pietati Veritas,
deliteſcens autem adhuc in profunditatibus,
attamen duplicatos meditans plauſus & applauſus:
I, TUNDE, CRESCO;
I, DEO CRESCUNT;
IT, UNDE CRESCO;
I, CRESCENT DUO;
O CRESCIT, UNDE?
TU CRESCE NIDO abditus aliquantiſper alieno.
Credebamus omnino Solem nido non ſuo indi volentem
non niſi creſcentem inſigniter reverſurum.
Neque deſerebat deſerendos paulisper echo fatale
velis licet velatum vel ſpiſſiſſimis
& craſſioribus obvolutum involucris.
O, CRESCIT NUDE;
E DIO CRESCUNT;
O CRESCET, NUDI;

CRESCITO NUDE;
CRESCITE, NUDO;
ENUDO, CRESCIT.
Non fefellerunt vatem effata fallacia
valedicentium etiam vocibus valdè cumulatis.
Sole DUCE IN RECTOS duci credebamur tramites
Eodem DUCE IN CERTOS deduci poteramus pergendo.
Solatia Solis ſolaminum indigos locupletabant
præſertim cum poſt reſponſa dubiè ſpondentia
DUCONE CERTIS?
DUCONE RECTIS?
certa & recta Phœbus redderet oracula:
EN DUCO RECTIS
EN DUCO CERTIS.
Et quidni?
Etenim DUCENT SOCERI
Ducentesque CUDENT SOCERI,
malentes verò ducere quam cudere,
modo duces rectos & certos ſequi non detrectaverint ducendi.
Numine luminum Patris ductus Sol ducit & lucet;
Soceri Numine gaudens ducitur & ducit certiſſimus.
INDUCET SOCER
& inducentem comitatur Dux & Comes;
NI DUCET SOCER
educi & educere magis forte dubitaturus.
EN DUCIT SOCER!
En SOCERI CEDUNT!
ſuas deſerendo terras ut vicinis quietem,
quæ ipſas deſeruerat, adducerent & reducerent.
Eundem Soceri & Generi ductum dicere debebamus,
Solem Perſarum Deum & Dominum
Cores & Solem & Dominum eorundem cogitantes.
Quid inde?
Adeſt Soli DUCENTI SOCER
Socero DUCENTI CORES.
Quid porrò?
INDUCET CORES;
EN DUCIT CORES;
NI DUCET CORES.
Salva igitur eſt ſalus noſtra;
ſalvus Sol Salvator ſalutis auſpex ſolidioris.
Sol hic & ille, Cores & Socer,
Solem cœleſtem ſolidè affulgentem oſtendunt.
Non ergo ſufficit UNCTOS DICERE.
UNO SIC CREDET grata poſteritas lumine conſpicuos.
Tanta ſunt ſidera unita & diſcordes unientia
dum unitis viris & viribus repoſcunt

## IN RECTO DECUS,

ut unum nec pluribus imparem fore credamus
orbibus aut univerſitatibus regendis.

DIC

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-102668-p0007-4

DIC RECTE UNOS,
vel ſi lubet
DIC CERTE UNOS.
Ita namque Pietas imperat.
Certius & rectius dices unos,
quam in uno cœlo univerſitati lucentes luces
quia illi pari & una, hæ impari & varia luce fulgent.
Veneramur Solem primum:
I CORES CEDUNT;
Veneramur alterum & primo prius ortum:
I SOCER, CEDUNT.
Veneramur unum & alterum veriſſimè:
DUCENTI COR ES,
& de utroque ſanctiſſimè affirmamus:
EN DUCTI COR ES.
Cedunt tenebræ ſuccedenti Soli & ſuprema tenenti.
Et quæ non calamitatum diſcedent caligines
binis Solibus medias calcantibus?
Plauſus adjicimus plauſibus:
I CORES, DUCENT;
I SOCER, DUCENT.
INDUC, TE SOCER
INDUC, TE CORES exoptat ſocium, comitem, ducem.
Colimus Soles duos ceu unum & ſupplices recolimus,
IN DUCE RECTOS agnoſcentes progreſſus,
CERTOS IN DUCE cognoſcentes egreſſus,
nobis & præter nos aliis proficuos.
EN RECTO DUCIS tramite!
EN CERTO DUCIS itinere!
I RECTO DUCENS;
I DUCENS CERTO;
Soli feliciter acclamamus.
Debetur cultus utrique, debetur & uni:
IT, CERNO DECUS;
IT, CERNO DUCES.
Imperatur cultus idem longè pluribus:
CERNITO DECUS;
CERNITO DUCES.
Nitore novo nitentes Soles venerari pergimus,
SUCCEDE NITOR applaudimus exultantes,
& CUR NOCTE DIES nunc habeant terræ ediſſerimus,
quia nempe Solem tenent & retinent ſolito clariorem.
Intuemur Soles Solius & Unius Solis imitatores
& radiis grandioribus radiantes ſalvere jubemus
non ſecus ac ſoli incolæ ſonos & ſonitus dare ſoliti.
EDIC CUR SONET?
Tripudiantes cur ſonent & reſonent Solis alumni
non eſt ut Solem ſollicites ulterius.
Parturit tonitrua Sol æſtuans, diſcutit evecta.
EDIC CUR TONES?
ut tempeſtatibus diſpulſis & inclementia aëris ſublata
ſudum terras recreet cœlum.

Notat notis notatu digniſſimis Sol ſublunaria
& illuſtrius lucens flores, herbas, arbores ſignat.
EDIC CUR NOTES?
Aſt notas multò magis notabiles notantis Solis noſtri
agnoſcunt & prædicant notati nobilius.
Tenet Sol & continet à ventis & pluviis diſſolvenda.
O DIC CUR TENES?
Tenemur tenero Amoris terrarum amore
& vincti vincula victoriarum inſignia geſtamus.
Ecce

IN RECTO DECUS!

Ecce porrò
IN CERTO DECUS!
Ita enim rectum certitudo regit
certum rectitudo reddit certius
adeò ut rectum & certum decorantia Solem certent
& certantia rectiſſimè conſpirent ac certiſſimè.
Ecce adhuc abundans

IN RECTO DECUS!

Etenim dum ducit & cudit Sol
civibus gaudia, hoſtibus ſupplicationes injunguntur.
SUCCIDE, ORENT;
CUDE, SIC ORENT;
florum inſtar Soli cudenti & ſuccidenti velut ſupplicum.
Ornat vis cudendi & ſuccidendi Solem:
CUDE, SIC ORNET;
SUCCIDE, ORNET.
Ducentes & cudentes Solis radii decus adducunt & ornatum.
DUCENT, SIC ERO;
CUDENT, SIC ERO:
radiis illis ſalvati ſalutis ſuæ exiſtunt præcones.
Vrentem & curantem terras miramur Solem:
CEDENT, SI CURO;
URO, SIC CEDENT
frigora & frugibus inimica incommoda.
CURO, SIC EDENT
uberes terrarum proventus, Sol edocet.
REDEUNT COCIS
unde cum Dominis comedant, Sole ad Superiora redeunte.
Sol URES, DENT COCI
quibus fruantur eſurientes,
nec furor hoſtium eduliis frui prohibebit, ut invertere cogamur:
DEERUNT COCIS.
Vrit Sole aduſtum aprico ſolum
& curis vicariis fructus curat.
Solem habemus ſignatum:
CEDO, SIC URENT,
CURENT, SI CEDO.
Non tamen vult omnem urendi & curandi curam ſuam eſſe
ne ruant à Sole potius quam à ſolo urendi.

Nihilo autem minus Solem non ſemper ferunt ferientem
ipſo de ſe teſtante:
CEDO, SIC ERUNT.
Salvi ſunt refrigeriis egentes ubi diſceſſerit
Incedentem autem & recedentem expoſcunt
eodem de ſemet teſte:
CEDO, SIC RUENT.
Idem de Sole memor benefactorum teſtatur terra
Soli ſuam ſuorumque tribuens incolumitatem:
CONCEDIS, RUET.
Sole videlicet cedente jugiter & concedente
agros, hortos, campos ruinæ cernemus proximos.
Urentem idcirco & curantem exorare ſtudent Solem.
DOCENT, SIC URE;
DICENT, O CURES;
DOCENT, I CURES;
DOCENT, E CURIS Solis
paratum ſibi fore quarumvis curarum exilium,
Curis verò Solis urentis ſi carent curas advehit innumeras
& cum curis ruinas.
Nectit nox & tenebris innectit ſolum Sole vacuum,
hic nexum & innexum ſolvit ſollicitè.
Edicit Sol nocti factus obvius:
NECTIS, REDUCO;
NECTIS, O REDUC;
RE NECTIS, DUCO;
Quæ REO NECTIS, DUC vincula & reduc.
Habemus ream confitentem, nectentem inquam noctem
& ob evolutos nexus Soli advolutam ſupplicem:
NECTO, REDUCIS;
RE NECTO, DUCIS.
Reatus interea nullius vult eſſe conſcia
NECTO RES, DUCI ut poſſint rectius.
Diurnorum DUCI RES NECTO certius enodandas
NECTO, CUR? DIES
ut emergant candidi, fauſti, ſereni.
NECTO, DE CURIS
dierum ſuperatis ut gaudeant Curatores terrarum Supremi.
Purgat ſe nexis & nexus illos ferentibus ægrius:
NECTERIS, CUDO
aſt non alios quam quos Tibi noveram nocivos;
NECTERIS, O DUC
vincula noctis volens, dum Sol ſolvens omnia vinctum ſolverit;
NECTERIS, DUCO
& quietem Te ſervaturam induco, adduco, reduco.
Utrique ideo grates perſolvunt nexi & ſoluti
Nocti nectenti, Soli ſolventi,
utrinque proſpera quævis ſibi promittentes:
NECTOR, EDUCIS;
NECTIS, EDUCOR;
NECTES, I, DUCOR;
NECTOR, I, DUCES;

SIC

SIC ESU NECTOR;
SI NECTOR; DUCE
mox graviſurus alio à nexibus liberabor.
IS, NECTOR, DUCE.
Sole ſoluta videbimus connexa, eodemque
REDUCE NOCTIS
minus grata diſparebunt imperia.
Abſit tamen ut nexus noctis innoxii accuſentur!
Niſi enim ſomni & ſomnia fallunt
Sol cedens & nocti ductum concedens
exigit ut ducentem ſalutemus noctem:
COR NECTES DIU;
NECTIS, CUR? DEO;
CUR? NECTES DIO.
Surgunt inde auſpicia nova de Sole nocti cedente.
Sol ipſe poſcitur ſanctiſsimè:
I, REDUC NOCTES,
ut diebus adæquatæ diurnos labores quietibus nocturnis adæquent.
CUR? NOCTES DEI ſunt,
cui nox dies eſt, caligo claritas.
IS NOCTU, CREDE
dies longiores noctium breviorum vice inſequi.
Non eſt cur invideamus Solis noſtri moram oris peregrinis.
Pati poſſumus citra moræ impatientiam, ut luces ejus
COECIS DENTUR,
cum nitorem non omnem nobis auferat.
DOCE CUR NITES?
quia Solis conditi & aliis dati nitore niteris.
Præſagia de Sole ſunt præſto:
DUC, RITE NOCES.
Noxius namque noxiis ſervas innoxios.
NOCET, REDUCIS.
nocet noctis umbra, lucem poſt umbram reddis.
DUC, RECTO SENI
DUC, CERTO SENI
dux & ſocius ductuum jungeris certisſimus idemque rectisſimus.
RITE CONDUCIS
& Tuas & aliorum vires, ne viribus exuantur,
quorum virtute, viris, viribus uti geſtit patria.
CUNCTERIS DEO!
Vultum CONDE SI CURET Deus interea terras.
Habebunt cuncti cunctationis vere divinæ commoda.
Elogia præſagiis ſubjiciuntur:
NI DUCET, SECOR nil tale meritus.
NI CEDET, ORCUS aperietur horrorum feraciſſimus.
EDUCENT ORCIS ſanctiſſimi & piiſſimi Ductores.
Præceſſerunt implorationes iteratæ crebrius:
INCERTOS EDUC;
DOCE, CUR SINET afflictos affligere amplius.
DOCE, SIC RUENT;
DOCE, SIC ERUNT;
DOCE, SIC URENT;
REDUCTIS NOCE, ne ducendis nocere valeant.

INCU-

INCUSET CORDE ductus faſtidiens dulciores
Viciſſim minus decorè geſtorum INCUSET DECOR,
Aucti Solis Auguſtiſſimi & augi proximi.
Idem TU NECIS DECOR eſſe debebis, poteris,
ſi neces malint & noctes decori Tuo adverſi.
Maximè autem reducem adorare jubemur Solem.
Nam INDUCTO CERES augmenta capit.
EN REDIT SUCCO
proventus telluris Solem ſentiens propitium!
EN DUCIT, SECOR
ſegmenta ſalutaria Soli ſalvanti conſecrans!
jubilans auditur terra ejulatibus devovenda.
DUCET, SI CERNO
& cernens incrementa à ducente exhibita capio.
O Solem Sole indulgentiorem!
NEC REOS DUCIT
verum Solis æmulus Optimi Maximi gratiam adducit univerſis.
O NEC RES DUCIT
ſalvas & integras quibusvis res eſſe ſuas exigens.
O CERNIS, DUCET
amore & more ſuo vel amorem moroſius recuſantes.
Salvum eſt, illæſum & illibatum

## IN RECTO DECUS

quia non eſt ut invertatur Duce invito:
O CERNIS CUDET.
Sancta Sanctiſſimi Solis noſtri memoramus promiſſa:
DUCO, SI CERNET;
CERNET, SI DUCO.
Quis enim cernentes à Sole duci & ductos cernere dubitaverit?
Juſtas vero additas fuiſſe minas recordamur
CUDO, SI CERNET;
A temerè quippe laceſſentibus intuendo Sol juſtiſſimus cerni renuit,
CERNET, SI CUDO
& percuſſus dignas intuitu audaciori luet pœnas.
DUCTORI NECES
ſunt paratæ, innocuis neces paranti audacius.
Reducit ad prima Solis educti incunabula

## IN RECTO DECUS,

& Solem vix ortum repræſentat inſignitum:
ET CUNIS DECOR.
Pingit ſurgentem & ſublimia quæque ſpondentem
omnem autem radiorum ſplendorem nondum detegentem:
COR INTUS, CEDE.
Adducit currentem & curſum feliciter proſequentem:
IS, NEC DUCTORE
indiges amplius recto & certo.
Producit creſcentem & incrementis ditatum annuis:
DENUO CRESCIT.
Præbet intuendum progreſſuum fauſtorum augmentis decoratum:
CRESCIT EUNDO.

Vult

Vult inſpici pluvias & cum pluviis creſcendi vires donantem:
EN UDO CRESCIT.
Siſtit creſcentem cum Sole ab eo ductam familiam:
CRESCENDO TUI
Tibi ſimiles ſurgent, felicitatum Tuarum feliciſſimi hæredes.
Introducit copiæ cornu ferentem & omnia locupletantem:
CUR? DO CENTIES.
Advehit diſcuſſurum nubes cum nubilis & nebulis:
REDEUNT, SICCO, & ut
RE CINCTUS DEO
cuivis ſiſtar conſpicuus prorſus contendo.
EN CUR ES DICTO Viri unius obſequens?
Solem Joſuæ parentem affabimur mirabundi.
Aſt Dei dicto parentes ad imperii divini rapti partes
ex voto: Feliciter omnia! imperitant.
Oracula Phœbus adhuc audiebatur multiplicaturus
& miraculis orbem & orbis miraculum Solem impleturus:
DECET, COR UNIS;
CEDES, COR UNIT;
INCERTUS DOCE;
DUCOR CENTIES.
NECO SIC DURET;
DETUR SIC NECO;
IN TE COR DECUS;
EN DETUR SICCO;
OCCIDET RUENS;
CONCIDES RUET;
EDIC CUR ET NOS?
DURES NEC CITO;
Aſt repetere malebat quæ primum rogatus impertiverat,
& corde condita reliqua ſibi adhuc ſervare.
Quid enim Soli cum gaudiis univerſi reddito
rectius tribuetur & certius quàm
REDEO CUNCTIS
vel
CINCTUS REDEO?
Aſſentiuntur cunctis ceu pietatis immobilis interpretibus
miſti inprimis pietatis myſtæ, quoniam
DOCENT SECURI,
& armis cudentibus feliciter poſitis magis atque reliqui
SIC ORE DUCENT,
ut de ductibus edocti dulcioribus ſinguli exultent.
Quotquot Solem cingunt Solidiſſimum
fines nunc eſſe injunctos CURIS EDOCENT.
Plura prolaturo Pietas ſilentii ſacra indicebat, edocens
unum inſtar omnium ſufficere
utpote Solis & Soli ſubjectorum ſalutes
nec non ſupplicantium pro Solis Salute vota complexum:

# IN RECTO DECUS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-102668-p0013-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-102668-p0014-3

# SOLEM SOLO PATRIO
## REDDITUM

Sive

AUGUSTISSIMUM, PIISSIMUM, INDUL-
GENTISSIMU[...]TREM,

*Potentiſſimum* [...] *Principem*
*& D*[...]

# DN. GE[...]UM
# LUDO[...]M,

DUCEM BR[...]SIUM
& LUNÆ[...]UM,
S. R. I. ELEC[...]&c. &c.

Dominum [...]num

e ca[...]
Poſt Pacem [...]m
Feliciter [...]
Univerſa patria gau[...]aximorum
gratabund[...]
Symb[...]

# IN REG[...]US

per varios a[...]

Subjectiſſimo [...]
POLYCARPO [...] Theol. D.
Conſiliario Eccleſiaſtico [...] Præſule &
Eccleſiarum pe[...]um
Super[...]

---

*HANNOVERÆ,*
Literis Samuelis Ammonii, *Aulæ Elect.* Typographi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-102668-p0015-8